

abnuimus. Ut enim ipsis qui grandes, tam corporis quam animi morborum catervas (*Vid. Anton. Danti Oſſerv. diverſ. biſt. l. 3. off. 2. contr. igoloſ. Cæl. Rhodig. lect. ant. lib. 28. c. 28. & 31.*) eidem adſcribunt, hac in parte credamus, experientia cogit, dummodo hoc nobis detur, ea omnia non tam ex vini bibitione quam immoderata ingurgitatione promanare. Illud vero cum præſtantiffimis quibusq; pharmacis commune habet, quæ ſi ultra modum ſumſeris, præſentiffimo erunt exitio. Per me igitur vino interdiciant Græci ſuis nutricibus & pueris, Romani fœminis, Clericis Pontifices, Muhamedanus in univerſum Alcoranus; ego quidem, & mecum qui non prorfus abſtemius eſt, modicum vini uſum, ad exultationem animæ, ut Salomon ait, procreatum, ne utiquam ſpernam. Qui propter temulentorum incompoſitum malignumque animum, reprobandum eſſe vinum, ejusque oblectamentum averſandum dicit; nã ille propter perverſum uſum, rem per ſe non perverſam ſuggillat. Leonis ſunt verba *Nov. 65. pr.* in quibus ſiſto, ne extra oleas vagari videar, ſi prius monuero, me tædioſis Etymologicis evolutionibus nequaquam immoraturum, ſed ipſum potius naturæ ordinem, eumque talem, qualis ex illis hinc inde erui poteſt, obſervaturum.

RACEMATIO I.

DE
VINEA.

PALMES I.

Vindemiaturus igitur omnium primo de loco circumſpiciendum erit; Is eſt Vineæ. † Varia autem ſunt quæ de vineis proponuntur, quæ breviter potius attingere quam longis ambagibus expedire ani-